

Widkind. *Widkind cum Saxonibus, quatuor praefectos Caroli, totumq[ue] eius paucis euadentibus exercitum, in loco qui dicitur Siental interfecit.*

DCCLXXXIII.

Hildegardis. *Obijt Hildegard regina, pro qua rex Vastradam duxit.*
Suntal. *Mater regis Bertrad obijt.*

DCCLXXXIII.

Hasa. *Carolus pugnavit contra Saxones in Chiatmelli, et iterum iuxta Hasa fluuium.*

DCCLXXXV.

Scheninge. *Carolus per Thuringiam intrauit Saxoniam, rebelles sibi deuastans usque ad uillam qua dicitur Scheninghe, et filius eius Carolus interim pugnavit contra Vuestfalos in pago qui dicitur Dreini. Postea rex totum illum annum in Saxonia cum exercitu sedens omnia exercitui Saxones necessaria sibi ministrare praecipit. Inde rex Atinjacum reuersus Undikindum sibi huc usque rebellem et Abbonem cum socijs eorum, datis sibi obsidibus, in eadem regia uilla baptizari praecipit. Quibus baptizatis tota Saxonia domino Carolo subiugata est. Coniuratio Hardadri comitis et orientalium Francorum sapienter oppressa est.*

Thuringia
Vastradam.

Undikindus
baptizatur.

Saxonia subiecta
Carolo m.

DCCLXXXVI.

Carolus perrexit in Italiam, et inde Romam. Eclipsis solaris facta est xv Calend. Octobris ab hora diei prima, usque ad horam quintam. Multa etiam referuntur signa eodem tempore apparuisse. Signum enim crucis in uestimentis hominum apparuit. Zulli archiepiscopus obijt. Cui Richolfus successit.

☉. Eclips.

prodga.

Enl. p.
Richolfus.

DCCLXXXVII.

Calabria. *Carolus omnem penè Calabriam atque Appuliam in ditionem suscepit.*

DCCLXXXVIII.

Baueia. *Carolus per Alamanniam peruenit ad fines Baiouariae, et Tassilo dux Baiouariorum ob infidelitatem de principatu eijcitur et tonsoratur, et Thiado filius eius similiter uterque monachi facti.*

Baueia subiecta
mutatur.

Tassilo.
Thiado.